FLORUS LUGDUNENSIS. PS. AMALARIUS METTENSIS. EXCERPTA

Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 132r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



fleuit super eum .xxx. diebus.
per cunctas familias suas. Et
iterū de moyse. fleueruntq; sup
eum filii israhel in campestribus
moab .xxx. diebus. Inmundus
propter cadauer hominis pol
lutam animam significat mor
tuis opibus. Purgatio mortui
hominis per sacrificia sacerdo
tis tercia die & vii^a. congruit
humanę naturę. Constat ho
anima. & corpore. Anima trib;
quasi quodam modo columnis
erigitur: ut diligat dn̄m ex toto
corde. tota anima. tota mente.
Corpus. iiii. notissimis elementis
subsistit. Peccatum animę quę
neglexit dī cultum humiliter
confitendo offerimus sacrifici
um dō tercia die. Similiter pec
catum quod per corpus gessit
cupimus purgare. quarto die
post tercium diem id est septimo
post mortem suam. Quod aut̄
aput aliquos nonus dies celebra
tur: & uocatur nouendial. au
gustinus redarguit: maxime
cum nullus scōr hoc fecisse pro
batur: cum sit consuetudo gen
tilium. Sane septimus dies auc
toritatem in scripturis habet:

quia numerus septenarius ppt̄
sabbati sacramentum precipue
quietis indicium est. Unde me
rito mortuis tamquam requi
escentibus exhibetur: Duobus
modis committitur peccatum:
aut faciendo ea quę non debu
imus: aut amittendo ea quę de
buimus facere. Usq; ad septimū
diem omnia peccata quę egit.
& non debuit facere. deflemus.
& pro his rogamus seorsum pro
anima. & seorsum pro corpore:
de inceps usq; ad tricesimum.
& pro his quę modo in superio
ribus memorauimus. & pro illis
quę debuit facere & non fecit.
Triginta enim diebus complen
tur menses. Per mensem desig
natur circulus presentis uitę:
ut ex statu lunę dinoscitur: Un
de gregorius. Mensium quip
pe nomine: dierum collectio.
& summa signatur: Per diem
ergo una quęq; actio exprimi
tur: per mensem autem actio
num finis innuitur: Quando
studemus ut opera amicorum
nostrorū. sint plena coram deo:
xxx. diebus pro eis sacrificam⁹.
Cotidie licet orare. & sacrificare

132